

*Alia Confirmatio.*

957) Simili modo, ordine & conditionibus per Clariss.<sup>m</sup> DD. Ducem Andream Contareno inclytum Ducem Venetiav. &c. cui spectat jus approbandi & reprobandi ipsos Custodes, fuit confirmatus in Custodem Ecclesie S. Marci presbyter Johannes Eccl. S. Johannis Decollati loco presbyteri Egidii de Regio defuncti anno D<sup>ni</sup> millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava Mensis Octobris. In dicto Commemoriali.

958) *Alia Approbatio Custodum.*

Illis etiam modo, ordine & conditione per eundem Clariss.<sup>m</sup> DD. Andream Contareno Ducem Venetiav. &c. approbatus fuit in Custodem dictae Ecclesie S. Marci presbyter Victor Datalo, An. D<sup>ni</sup> millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, Indict. decimaquinta die septimo mensis Novembris, ut in dicto Commemoriali.

¶ Questo Vettor Datalo nel 1398 fu poi Pio-  
vano della nostra Chiesa di S. Cassiano.

959) *Alia Confirmatio Custodum.*

Similiter anno D<sup>ni</sup> infrascripto, eodem ordine & conditionibus per Eccl.<sup>m</sup> DD. Antonium Venerio Ill.<sup>m</sup> Ducem nostrum, tamquam cui spectat approbatio & reprobatio Custodum Ecclesie S. Marci, fuit presentatus, & per eum confirmatus presbyter Johannes Teutonicus, anno D. N. millesimo trecentesimo octuagesimo nono, Indictione XIII, die XXIV mensis Novembris, ut in dicto Commemoriali.

960) *Alia Confirmatio.*

Isdem modis & conditionibus per antedictum Carriss.<sup>m</sup> D. Antonium Venerio inclytum Ducem nostrum fuit approbatus & confirmatus in Custodem dictae